PETRUS PICTAVIENSIS. PETRUS COMESTOR

Frankreich, 13. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=901
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

scdm grecos: xl. dragmis appenditur. In predicti ei accessit primus dicens. Dne: mna tua x. acquisivit. Et ei dns. eris potestatem hns sup. x. civitates. Cui dicet. p parvis meritis: recipietis inspata.

ingreditur civitatem suam: evangelium profert in pectore. qui negociator ostendens mnam suam. In qbus dam ecclesiis: cum dat ei archiepiscopus virgam: dicit: vade predica. et ille statim hunc dicit psalmum. in quo signa tur: qd moyses cum virga missus e in egiptum.

De ventilatione aree.

Cum aut venit filius hominis in maiestate sua: et omnes angeli cum eo: testes scilicet actuum humanorum: tunc separabuntur boni a malis. et statuentur boni ad dexteram. i. ponentur in eternitatem. mali. ad sinistram. i. recipient que meruerint eligendo sinistram, commemorabit iudex. vi. opera mie. que sunt pascere esurientem. potare sicientem. colligere hospitem. vestire nudum. visitare infirmum. consolari vinculatum. septimum: legitur in tobia. sepelire mortuum. Et non aliud erit hec commemoratio: nisi quia scient omnes merita sua. p quibus salvabuntur: aut dampnabuntur. Et ibunt hi: in supplicium eternum: illi: in vitam eternam. Opiniones de igne eterno

De igne eterno. dicit aug. cuius modi sit: et in qua mundi parte futurus: neminem scire arbitror. n. p revelationem. Idem. unus est gehenne ignis. sed non uno modo omnes crucians. Sicut ardorem solis: non omnes equaliter sentiunt. Gregorius. in iob. miro modo gehenne ignis corporeus e. nec lignis nutritur: nec succensione indiget: et est inextinguibilis. creatus a deo: ab origine mundi. Idem. ultrix flamma vitiorum: cremationem habet. lumen non habet. ad consolationem. non lucet. ut magis torqueat. ad aliquid lucet. nam reprobi se visuri sunt in inferno ut magis do

sicut ille ignis equaliter ardeat: non equaliter sentietur.

leant. quia et dives lazarum vidit. In libro tamen pnosticorum de ubis aug: sic legitur. Est ut ait augustinus inferorum substancia incorporalis. et ideo merito queritur: utrum sub terris dicantur esse inferi: si corporalia loca non sunt. et utrum dicuntur inferi: si sub terris non sunt. Sed idem doctor dicit. ideo sub terris dicuntur esse inferi: quia congruenter in spiritu corporalium rerum similitudines sic demonstrantur. ut quia defunctorum anime corporis amore peccaverunt: ad illas corporalium rerum similitudines exhibeantur: quibus carne mortui solent sub terra condi. Non nulli ex hac sententia aug. sentiunt: qd ubicumque peccator fuit: ibi elementa cruciabunt eum. et in corpore suo. et ex locis adiacentibus. Est enim probabile: ut anima que sua sponte sumit a carne fomentum peccandi: nolens ab eadem recipiat fomitum cruciatus. qui mito infernalis et sub terra esse dicitur: quia anime: per lapsum terrene voluptatis: eum incurrent. Aug. decivitate dei. cur non dicamus spiritus incorporeos posse pena corporalis ignis affligi: Idem. ignis corporalis: demones cruciabit. et homines. Ieronimus. in epistola ad ephesios. infernum sub terra esse: nemo ambigat.

De pascha et diversis acceptionibus huius nominis.

Et cum consummasset ihc sermones hos: ait discipulis suis. Scitis: quia post biduum pascha fiet. et filius hominis tradetur ut crucifigatur. hec enim tercia feria dixerat. et in quarta ad vesperum: pascha imminebat. quarta decima luna post vernale equinoctium. Ambrosius. dicit hoc nomen pascha: grecum esse. et sonare: passionem. nomen vero hebreum: phase: sonare transitum. Aug. vero dicit: hebreum esse: non grecum. et sonare: transitum. oportune tamen concurrere in hoc nomine: congruentiam utriusque lingue. qui enim patitur grece: paschin dicitur. unde pascha passio putatur. sed in sua lingua transitum sonat. Quare aut transitus dicatur hora